

V c
3350



h.

Handwritten text in a narrow column on the right edge of the page, likely bleed-through from the reverse side. The text is written in a cursive script and is mostly illegible due to the narrowness of the column and the angle of the page.



BIGAMIA
ILLVSTRISSIMI AC
CELSISSIMI PRINCIPIS

ET DOMINI,
DN. JOHANNIS GEORGII,

DVCIS SAXONIÆ,
LANDGRAVII TVRINGIÆ,
MARCHIONIS MISNIÆ,
PRINCIPIS HENNEBERGENSIS,
ADMINISTRATORIS EPISCOPATVS
MERSEBURGENSIS &c.

DOMINI mei clementissimi,

Alterum Matrimonium contrahentis

19. Julij, Anno 1607.

CVM

PIA ET ILLVSTRISSIMA
Principe ac Dominâ,

DN: MAGDALENA SIBYLLA,

ILLVSTRISSIMI ET CLEMENTISSIMI
Principis ac Domini,

DN: ALBERTI FRIDERICI,
Marchionis Brandenburgensis, Prussiae, Stetini, Po-
meraniae, Cassubiorum & Vandalorum Ducis, Burggravij Noriber-
gensis, Rugiaeque Principis, &c. Filiâ suavissimâ,

DN: ALBERTI Senioris Nepte,

DN: FRIDERICI Marchionis Pronepte, &c.

Dominâ meâ clementissimâ.

Decantata

à

M. NICOLAO CRANIVELDO, DRESD:

Pastore, Erbisd: Brand: & S. Michaël. ad Fribergam.



*RVta viret, GLADIUS splendescit SAXONIS; ille
Vsibus IMPERII; laudibus illa suis.*

M. N. C. D.



BIGAMIA.

N nova fert animos hominum nova gau-
dia fama,

Grata DEO, terræ prospera, digna cani.
Dum populis aura est & fandi oblata facultas,

Ut CHRISTI pueris emula vota ferant;
Hic sua declarent studia in rumore secundo

Pro pietate suo subdita membra Duci.
Audeo, si quod inest opus arti aut pectoris ardor,
Sic tamen ut veniam, si sine laude, petam.

JOHANNES GEORGIUS excellenti nomine PRINCEPS
Ex viduo in socium transit agone thorum.

Faustus AMOR, veniens veluti post nubila PHOEBUS,
Aut velut expulsis lux oritur tenebris.

STAT sua cuiq; dies operi finisq; labori,
Et sua FLETUS habet tempora, RISUS habet.

Omnia mensurâ sunt definita dieq;
Naturæ varias cernis in ORBE vices.

Nunquid hyems totum durat sine fine per annum,
Sive riget semper terra perusta gelu?

Si quandoq; nives pluviâsve effuderit æther,
Non tamen æternum fuscus OLYMPUS erit.

Vespere nigrescit, redeunt spectacula manè,
Et post squalorem flore renidet ager.

Sors sorti succedit & exspirante doloris
Tempore substitui letior hora potest.

§ 2

SCI-

Matth:
21.

Tob: 3.

Ecccl. Sa-
lom: c. 3.

Sap. 11.
4. Esd. 4.

Tob. 3.

SCILICET humane tanta est mutatio sortis,
Ut maneat nullo certa tenaxq; modo.

Nascimur aut morimur, mœrent aut gaudia tra-
Mortales vitæ pro ratione suæ. (Etant

Hec dum vita manet, nature vivitur etas,
Quæ si LEGE DEI ducitur, acta benè est.

NEC redeunt animæ justorum è corpore missæ,
Quæ sunt in requie concilioq; DEI.

Has meminisse vetat LIBER, ac si MANIBUS
umbra,

Competat, in CHRISTO dum requiescit HOMO.

Dixerat & firmet divina potentia votum,

Quod, FRIBERGA, tibi DOCTOR in æde tulit:

Hic in pace cubent PROCERES, NEC CRYPTA

PATESCAT

AMPLIUS, è cœlo quàm tuba magna sonet.

RARò aut nulla DEUS patiatur mille per annos

Funera eò duci SAXONIS orba DOMO.

HINC FORTUNA vicem mutat feliciter illic,

Dum Myrtum Rutæ miscet amore novo.

NUNC igitur rursus languentia lilia surgunt,

Et quæ marcebant germina, robur habent.

Jam Coryli saliunt, arridentq; allia squillis,

Juniperumq; satam Laurus & Ulmus amant.

Ludit Nereidum chorus inclytus equore toto,

Applaudunt hederæ Thespiadesq; DEÆ.

Quin

2. Sam. 12.
David. hist.
Sap. 3.
Syrac. 38.

D. Polyc.
Exeq. Saxo-
vvi. conc. 6.

Quin LEO gratatur leto clamore LEONI,
Ac in amicitiam MOENUS & ALBIS eunt.
Dat plausum rubeis ALES spectabilis alis,
Et VENATORI CERVA petita venit.
MACTE animo & virtute novâ Dux JANE
GEÖRGI,

Rapta SIBYLLA tibi est prima, secunda datur.
Si tua concussit dolor Ælio montius ossa,
Excitus ex leso mortis amore manu:
TÆDA Borusiacæ morbum medicabitur ora,
Quam DEUS accendit cœlitus igne novo.
Is sator est tantæ felicitatis in Orbe,
Ut mens quassa thori consolidetur ope.
Huc omnes meritò, quod jussum est, vertimus ora,
Annuat ut thalamo PRINCIPIS aura DEI.
Causa sit unius, tamen usus spectat ad omnes:
Est benè si capiti, cætera membra valent.
Sicut enim Mundus Solis fulgore coruscat;
Sic ab HERO in populum lux cadit ampla suum.
NIL melius terris, nil PRINCIPLE dignius æquo est,
Patrem non Dominum patria talis habet.
Nostra salus agitur, si floret vita Regentùm
Et res Magnatum crescit adaucta bonis.
Cur non afficiar DOMINORUM sorte meorum,
A quibus est studijs victus & umbra meis?

§ 3

Quis

Quin

Quis non lugebat Fato minitante ruinam,
Quando ferunt DOMINAM cum crepuisse domo?
Gaudia jam repetunt miseri, reparante salutem,
NUMINE conjugij per sacra jura novi.
Hic genus & species quadrant: Si nomina spectes,
MAGDALIS omen habet, fata SIBYLLA trahit.
SPONSO turris erit vitæ, solamen in arctis
Rebus, & auxilium consiliumq; feret.
Quod si virtutes & cernere dona licebit,
Qualia SPONSA prior conspicienda dedit:
Ansa erit in longum fandi descendere campum,
Atq; minor gliscet, sideris instar, honor.
Nam ceu lacte genæ, sic certant pectora laude,
Que virtute suâ nititur atq; patrum.
Est ad virtutem gradus, est via commoda vitæ,
Ducere ab illustri stirpe notaq; genus.
Ast hæc VIRGO suâ se pingit in indole & ortum,
Ostendit proprijs moribus arte satum.
Quid Matris referam, si præstat filia mores,
Quos docuit natas ELEONORA suas?
Nam sua PRUTENIS est disciplina puellis,
Et sua JULIACUM templa scholasq; colit.
Constat ab exemplis, quæ novit Sponsa, sororum,
Nempè suâ in facie mentis imago sedet.
Hoc specimen melius commendat gloria Patrum,
Quorum facta simul commemuisse juvat.

Tunc

Tunc poterunt nati ceris & imagine niti,
Si virtus Patrum posteritatis erit.

MARCHIO sit Proavus FRIDERICUS, rege P O-
LONO

Edita cui SOPHIA est filia nupta Duci.
Ex his ALBERTUS generatus maximus ortu,
Conjugio gemino mortuus usus abit. (illi
PRIMA Venus amica fuit ANNE AUGUSTIDOS
DOROTHEA, DANO rege parente fata.

ALTER amor celsa natus BRUNONIS in arce
Cessit cum fatis ANNA MARIA tuis.

ALBERTUS PACIS cognomine, solus & una
Filia fors thalami posterioris erant.

ELEONORA Duci CLEVENSIS stemmate nata,
Traditur in dextram perpetuamq; fidem.

Hic vel avita coit sub patre binomine virtus,
Dum manet in sobole, quod fuit ante patrum.

ALTER in IMPERIO clarus decora alta probavit,
Augusto similis pace vel arte pio.

ALTER Teutonici per equestria jura MAGISTER
Ordinis assiduus Martis in arte fuit.

Unde SIGISMUNDO, cui lata POLONIA paret,
ALBERTUM placuit rite creare DUCEM.

Postea PONTIFICIS sublatis fraudibus ardens
Laude DEI coluit PRUSSIA jura DEI.

Adde

Albertus
Frideri-
cus.
Elizabe-
tha ipsius
Soror u-
nica.

Frideri-
cus.

Albertus.

12 3350 111

Adde, quòd excellens quoq₃ R E G I O M O N T E Lyceum
Extruxit magnis sumtibus, artis opus.
A S T hæ M A I O R V M res gesta & pondera laudum,
Cum sint historijs prodita, cesso loqui.
Et prece sollicito S V P E R O S ex pectoris antro,
Ut nova S P O N S O R V M sacra decenter eant.
Fac duo sint unum cœlesti N U M I N E freti,
Pignora mille thori, gaudia mille ferant.
E N S I F E R V M A U G U S T U M q₃ decus cum fratre,
colendum

Cum celsâ S O P H I A matre tuère D E U S.
R U T I G E R A ut vigeat multis cum fructibus aula,
Seq₃ colant stabili P A X P I E T A S q₃ fide.
B R A N D E N B U R G I A C O S muros defende potenter,
Atq₃ utriusq₃ D O M ũ s fac cõalescat amor.

D E O sit gloria.



F R I B E R G Æ,

Ex Officina typographica Georgij Hoffmanni.



711

ceum
lum
nt.
atre,
S.
aula,
nter,
E
A

ULB Halle 3
004 803 361






H. 30, 21

ILL
CE
DN.
D
L
M
P
A
A
PIA
DN: M
ILLVST
DN:
Marchio
merania,
D
M. N
Paff

AC
PIS
RGII,
S,
TVS
tis
MA
YLLA,
TISSIMI
ICI,
tetini, Po-
ij Noriber-
, &c.
ESD:
L.

V c
3350

